



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In  
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ  
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputaciones  
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

**Lugo, Juan de**

**Lugduni, 1652**

2. De loco apto ad offerendum hoc Sacrificium; & de altaris ornatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

tur necessitas: quid enim refert, quod Princeps necti audiat illa die sacrum: Quod si inculpabiliter omisit non peccavit; si culpabiliter, iam peccatum commisit est; nec tollitur per audicionem Missae, sed per penitentiam. Similiter non est necessarium, quod sepeliatur defunctus cum Missa; & multo minus, quod dicatur duplex Missa de duplici Officio.

Sextus casus est, quando sacerdos habet duas ecclesias Parochiales, quibus solus ipse absque coadiutore ministrat, & in utraque est populus auditurus Missam; qui casus ab omnibus conceditur, & in praxi servatur. Addunt alij, idem esse, quando ob solemnitate non potest unica Missa satisfieri concivui populi concurrentis, aut quando multi peregrini veniunt, finita iam Missa, quia eadem videtur esse ratio & necessitas, quae excepta est in prohibitione pluries celebrandi. Alij tamen, cum quibus Suarez, & Valq. hunc casum non admittunt. Et quidem non est eadem ratio necessitatis: nam licet necesse sit providere necessitati habituali communitatis, vt possit audire Sacrum, pro vt fit, quando duae ecclesiae distantes habent vnum Sacerdotem, non est tamen necesse providere iis qui semel, aut iterum per accidens non audient Sacrum, nec pro iis oportet mutare titulum semel sacrificij. Facilius admitti potest, quod Layman etiam cum alijs admittit pro Anglia, Hibernia & alijs provincijs hereticorum, vbi vnus Sacerdos non potest omnibus Catholicis satisfacere: illa enim est necessitas permanens, in qua illi communitati non providetur per se loquendo, nisi Sacerdos possit pluries celebrare.

Septimus casus est, quando nuptiarum benedictio sunt: quem plures admittunt. Sed re vela est casus metaphysicus; nam si necessitas non praevideatur antea sumptam ablutioem, non poterit secunda Missa postea celebrari: si vero praevideatur, potest differri prima. Adde, parum referre, quod differatur benedictio in diem sequentem. Si autem fingatur, ex dilatione magnam detrimtum sequi, & Sacerdos ad hoc sit ieiunus non video, cur non comprehendatur sub necessitate, quam iura excipiunt. Notat autem bene Suarez contra aliquos, in iis casibus, quibus propter necessitatem potest bis, posse etiam ter & pluries sacrificari, eadem causa persistente, & Sacerdote adhuc manente ieiuno. In quo puncto Fagundez num. 5. citat textum in dicto cap. consilij scilicet de celebratione Missarum; in quo, inquit, *solum bis in die concedit in necessitate celebrare ieiunus*: quod desumpsit ex Henrici lib. 9. c. 30. n. 7. Sed vterq. falso allegat illum textum, cum ibi non sit magis sermo de duplici, quam de triplici, aut multiplici Missa celebranda.

SECTIO II.

De loco apto ad offerendum hoc sacrificium, & de Altaris ornatu.

Lim non poterat celebrari, nisi in Ecclesia consecrata: hodie iam potest in Ecclesia solum benedicta ab Episcopo, vel ab habente facultatem benedictis, imo & in oratorijs privatis non benedictis, quae tamen ad illum solum vsum deputata sint & ab Episcopo designata, quod constat ex Trid. sess. 22. c. de euitandis in celebratione Missarum.

Excipitur primo casus necessitatis ex c. scilicet, de confectione, dist. 1. qualis assignatur, si dum aliqui peregrinantur, diu Missa carere coguntur; quando Ecclesiae sunt diruta; quando multi conveniunt ad solemnitatem, & non capiunt eos Ecclesiae; potest enim Altare iuxta Ecclesiam collocari, ne careant Sacro: item in castris pro militibus, in litore pro nautis

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

intra trimeses existentibus, vel multitudine etiam nauigantium in alijs nauibus, vt festo die Missam audiant. In quibus, & similibus casibus si fieri potest petenda est licentia ab Ordinario; in autem, potest fieri absque licentia; inquam tamen absque altari portatili consecrato.

Excipitur secundo Episcopus, qui itineris causa potest in loco decenti celebrare cum altari portatili, vel facere, quod alius coram ipso celebret ex c. Vltimo, de privilegijs, in 6. quae facultas non est ablata per Tridentinam sess. 22. vt fatetur Valquez dist. 233. n. 7. & probat Fagundez lib. 3. de 1. Praecepto Ecclesiae cap. 13. num. 19. Poterant etiam Episcopi concedere facultatem alijs celebrandi in loco decenti quae potestas ablata videtur in illo loco Tridentini; non tamen potestas designandi Oratoria privata ad illud solum vsum destinata in domibus privatis; nec etiam dandi licentiam; vt in casu necessitatis semel in domo privata celebretur. In his conveniunt fere omnes,

Aduerte, hodie per Breve Pauli V. cuius meminit Fagundez vbi supra n. 12 ablatam esse facultatem Episcopis, vt concedant licentiam habendi Oratoria in domibus privatis ad celebrandum. Sed fortasse non fuit Breve, sed Epistola quaedam Cardinalis Horatii Laecellotti iussu Pauli V. die 10. Martij anno 1615. Missa ad Illustrissimos Cardinales, Archiepiscopos, & Episcopos, quae praedicta facultas eis auferbatur: quam Epistolam referunt Ioan. Bapt. Scortia lib. 2. de sacrificio Missae, cap. 13. num. 3. & Barth. Gauantus in Rubricis Missalis, p. 1. tit. 20. lit. M. Qui tamen ex Carolo Notar. Episcopo in Conimbricis. Canon ad cap. Missarum 13 de consecrat. dist. 1. aduertit, Palatium Episcopi non existimari domum privatam, atque ideo non esse ablatam Episcopis facultatem habendi Oratorium ad Diuina deputatum, in quo celebrare possint sicut antea, in suis domibus.

Tertio excipiuntur qui habent priuilegium Sedis Apostolicae, quale concessum fuit a Sixto IV. aliquibus Religiosis, vt constat ex eius Bulla 14. n. 39. relicta ab Eman. Rodrig in Bullario Religionis, & Bulla 37. eiusdem n. 37. & alijs. Haec tamen priuilegia multo communiter dicunt esse reuocata per Trid. loco citato. Alij tamen probabiliter dicunt non esse reuocata, quamdiu Episcopus non contradicit, & ita seferunt Patres Dominicani doctissimi Salmanticensis consulti, & P. Ioan. de Salas, Eman. Rodriguez tom. 1. quaest. Regular. quaest. 8. art. 3. & alij Recentiores. Societati nostrae concessum fuit iterum post Trid. hoc priuilegium pro illis, qui a Superioribus ad Missiones mittuntur, vt cu consensu Provincialium eo vti possint, vt constat ex nostro Compendio, verbo Altare.

Dubitatur, an in mari possint aliquando Sacerdotes celebrare in longa nauigatione: de hoc tamen dicemus magis ex professo sectione sequenti.

Ecclesiam non debere esse violatam.

Ecclesia ad celebrandum apta non debet esse violata, vel polluta: alioquin non potest absque graui peccato in ea celebrari, antequam reconcilietur; licet huic peccato nulla cessura, aut irregularitas annexa sit. Polluitur autem quinque modis: Primus est, per effusionem iniuriosam sanguinis humani; ita tamam, vt vulnus intra Ecclesiam inflictum sit, siue sanguis intra, siue extra Ecclesiam, fundatur. An vero sufficiat, hominem esse intra Ecclesiam, quando vulnus accipit; an vero requiratur, vulneratum intra Ecclesiam esse, quando vulnerat, communiter affirmatur, in primo etiam casu Ecclesiam pollui;

49. Excipitur secundo Episcopus. Conc. Trid. Valq. Fagundez

50. Per breue Pauli ablatam est hac facultas Episcopis

Scortia. Gauant

51. Tertio excipiuntur Priuilegia; Rodrig.

52. Ecclesia polluitur quinque modis. Primo per effusionem sanguinis iniuriosam.

46.

47.

Fagundez

Henrici

48.

Excipitur primo casus necessitatis

plures

ut

pollui; idque Layman *lib. 5. tract. 5. c. 5. n. 7.* probat ex eo, quod si existens in vno territorio sagitta trahatur hominem existentem in alio territorio, ibi etiam deliquisse censetur, ut ratione delicti etiam à iudice illius territorij conueniri, ac puniti possit quare in eo casu datur locus præuentioni inter iudices utriusque territorij. Hoc tam en argumentum probatur, quod si vulnerans sit intra Ecclesiam, & sagitta trahatur hominem extra Ecclesiam existentem, pariter polluetur Ecclesia; quod tamen communiter non conceditur. Ratio ergo petenda est ex verbis legis, quæ solum voluit pollui Ecclesiam, quando homo in ea vulneratur ad sanguinis effusionem: ad hoc autem non requiritur, vulnerantem esse intra Ecclesiam, ut constat. Debet autem effusio sanguinis esse in quantitate notabili, non vnus vel alterius guttæ. Denique vulnus, vel contusio absque sanguinis effusione Ecclesiam non polluit.

Ratio petenda est ex verbis legis.

Secundo per homicidium iniuriosum.

Secundo polluitur per homicidium iniuriosum, siue fiat cum sanguinis effusione, siue alio modo. Non sufficit, quod aliquis extra Ecclesiam vulneretur; & intra illam moriatur, sed requiritur, quod vulnus, vel causa physica intra Ecclesiam fiat: vnde neque etiam polluitur, si intra Ecclesiam fiat mandatum, vel detur consilium occidendi. Dubium est, quando in Ecclesia vulneratur homo, & postea domi ex illo vulnere moritur. Suarez *disp. 81. sect. 4. in principio*, dicit si vulnus fit cum sanguinis effusione, iam ex hoc capite Ecclesia polluitur; si autem sit contusio lethalis absque effusione sanguinis, non polluitur Ecclesia si homo extra illam moriatur; quia homicidium non completur in Ecclesia. Alij tamen communiter docent, tunc Ecclesiam pollui morte sequuta, licet ante mortem nondum polluta censeatur; quod videtur verius; quia sicut polluitur vulnere intra Ecclesiam inflicto, licet sanguis postea extra Ecclesiam effluat; sic videtur pollui in nostro casu, cum iam intra Ecclesiam posita fuerit tota actio iniuriosa, ob quæ postea anima à corpore separatur; parum enim refert ad irreuerentiam, ob quam ecclesia violata censetur, quod anima ibi, an extra emittatur.

Suarez.

54. In utroque tamen casu vulnus vel occisio debet fieri cum peccato mortali.

Aduerte, in utroque casu requiritur vulnus, vel occisionem fieri cum peccato mortali: quare si ob meram defensionem fiat, aut aliunde à peccato mortali excusetur, non polluitur ecclesia. Vnde si martyr in Ecclesia occidatur, polluitur, quia iniuste occiditur. E contra, quando pueri rixantur, & sanguis sibi ex naribus eliciunt, non censetur pollui; quia regulariter non sunt peccata mortalia. Item licet causa sit aliunde mortalis, ut si recitando, vel representando turpia in ecclesia, sequitur præter intentionem vulnus, aut mors, non polluitur, quia, non est actio mortalis in illo genere, sicut dicitur soler de pollutione præter intentionem sequuta ex causa in alio genere peccaminosa. Polluitur tamen, si iudex ibi reum, aut aliquis seipsum interficiat; quia vtraque actio est iniuriosa ecclesiæ.

55. Tertio polluitur per voluntariam feminam effusionem.

Requiritur etiam in hoc casu culpa mortalis.

Tertio polluitur ecclesia per voluntariam feminam humani effusionem extra actum conjugalem, qui necessitate vrgente, iuxta comuniorē sententiā, potest aliquando in ecclesia exerceri, quando nimirum cogitur coniux diu ibi residere, nec potest aliud diuertere; tunc enim ob incontinentiæ periculum vitandum, licitus erit matrimonij vsus. Requiritur etiam in hoc casu culpa mortalis, ut ecclesia polluat, & effusio copiosa feminis, non vnus vel alterius guttæ. Denique in prædictis casibus requiritur notorietas facti, quod publice constet: alias non censetur ecclesia polluta etiam respectu eorum, qui quacumque notitia id sciunt, vel ipsius, qui delictum patrauit, quia nullo modo obligatur ad se

manifestandum. Nec desunt, qui dicant, requiritur, quod ecclesia denuntietur à iudice, tãquam polluta præter Extraneitatem, *Ad vitanda scandala*; in quibus similis denunciatio exigitur, ut obligentur ad vitandos eos, qui Censuras incurserunt. Quod, ut probabile videtur, admittere Suarez in præfati, §. *Secundo dubitari solet*. Ceterum ipse *tom. 5. Disp. 37. Sect. 1. n. 28.* aperte faceret, hanc pollutionem ecclesiæ nullo modo posse intelligi nomine interdicti, aut censuræ. Et quidem in præfata feturatur in hac vrbe Romana, ut Ecclesiæ reconciliantur, etiam si pollutio denunciata non fuerit.

Quarto polluitur ecclesia per sepulturam hominis excommunicati. Post Constantiensē Concilium requiritur, quod fuerit excommunicatus denunciatus, vel notorius Clerici percussor. Vnde miror cur Suarez dicta Sect. 4. §. *His positis*, dicat, in regionibus septentrionalibus eos, qui sacrificiis in locis, vbi sepulti sunt hæretici, excusari, vel quia necessitate coguntur, quia alibi sacrificare non possunt, vel quia Episcopi videntes, & conseruantes facultatem prætere constantiam doctrinam eisdem verbis amplectitur Fagundes *lib. 3. de 1. de Ecclesiæ præceptis c. 14. n. 2.* Cum tamen vterque fuerit, per sepulturam excommunicati non denunciati nominatim, non pollui ecclesiam, non est, cur alias excusationes querant pro iis, qui celebrant, vbi hæretici sepulti sūt; quod notatur etiam Nauarrus *lib. 5. Consiliorum, consil. 110. de hæreticis, edit. 2. ad 4. quest. & Layman loco citato supra num. 8.* qui etiam bene aduertit, non pollui ecclesiam per sepulturam hominis nominatim interdicti.

Quinto polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis, hoc est, Pagani non baptizati, qui non tamen comprehenditur infans etiam non baptizatus, quando foris sepelitur, non quando in utero matris est, & iam mortuus sepelitur. Non vero comprehenditur hæreticus, quia licet non habeat veram fidem, illam tamen professus est in Baptismo, & ideo sub nomine fidelium intelligitur in cap. *Omnia vtriusque sexus de pœnit. & remis. vt obseruatur* Suarez *Disp. 70. Sect. 1. in principio* ad hos duos posteriores modos pollutionis ecclesiæ non requiritur peccatum, sed quocumque modo fiat, pollum manet. Addunt aliqui lextum, quando ecclesia ab Episcopo excommunicato consecratur, & benedictio tamen quia iure non habetur, alij omnia reiciunt.

Nomine ecclesiæ in hac materia non intelligitur Oratoria in domibus priuatis, etiam cum in cultate Episcopi vel Pontificis designata ad celebrandum: illa enim non polluitur. Intelligitur tamen cœmeterium benedictum ad sepelienda fidelium cadavera; ita tamen, ut polluta ecclesia, censeatur pollutum cœmeterium illi connexum, non è cœtra; qui accessorium sequitur conditiones principalis, & non è contra. Vnde quando polluta ecclesia reconciliatur, eo ipso cœmeterium censetur consequenter reconciliatum. Neque etiā polluto vno cœmeterio, censetur pollutum alterum; quia neutrum est accessorium alterius. Denique nomine ecclesiæ intelligitur, quidquid est intra tectum, & pavementum ipsius: vnde comprehenditur Chorus à terra eleuatus, vel scabellis distinctus, ut docet Thom. Sanchez *lib. 9. de Matrimonio, disp. 15. n. 33.* & Fagundes *disco. c. 14. n. 46* qui bene aduertit, idem esse de Cappellis, siue subterraneis, siue superioribus, quæ vnus num faciunt cum ecclesia. Non tamen pollutionem effusio sanguinis fiat supra tectum immediatum ecclesiæ, in capacitate, quæ est inter primum, & secundum tectum; nec extra portam, aut in parte

externa parietu, vel in Sacrificia, aut cameris adiacē-  
tibus, nec in turri, aut cubiculis officialiu, & simi-  
libus locis. Hæc omnia compendio dixi, non citatis  
lucibus & Auctoribus, quia passim reperiuntur.

cia celebrantur, intelligēda sunt nō de celebrationē  
actuali, sed de aptitudine iuxta regulam Logicæ,  
quod verba in definitione non dicunt actum, sed  
aptitudinem. Significat ergo Pontifex, illi ecclesie  
etiam non benedictæ competere immunitatem, in  
qua celebrati possunt Divina Officia; quare illa  
etiam indigebit reconciliatione, etiam si nondum  
in ea celebratum fuerit

Quando ecclesia aliquo ex dictis modis polluta  
est, oportet eam reconciliari, quod fit ab Episcopo,  
si ecclesia consecrata sit, eo ritu, qui in Pontificali  
prescribitur, vel etiam ab habentibus privilegium  
à Sede Apostolica, quale datum fuit à Leone deci-  
mo Minoribus; quæ concessio habetur apud Ro-  
driguez in Bullariis Regular Bulla 6. sub Leone X.  
Atque privilegio tamen non potest etiam ex cō-  
mission. Episcopi; quidquid dicant Victoria in  
Summa q. 99. Sà verbo Ecclesia n. 10. & Syluius in  
præsentii q. 83. art. 3. dicens, sic feruari in praxi; verū  
illa praxis est pro ecclesiis non consecratis. Quare  
praxim contrariam esse, notauit bene Diana tom. 1. Diana  
tract. 1. Missar. resol. 6. Si autem non est ecclesia  
consecrata reconciliari potest per simplicem Sa-  
cerdotem aqua à se benedicta, eo modo, qui habe-  
tur in Rituali, quod licet de iure communi possit  
fieri absque alia licentia, solet tamen ex decencia,  
quando fieri potest, significari Episcopo; Si autem  
Sacerdos actu celebrat, quando ecclesia polluitur,  
& nondum inceperat Canonem, relinquat Sacrum,  
donec reconcilietur.

Addunt aliqui, si Sacerdos bona fide celebrat in  
ecclesia polluta, eo ipso manere iam reconciliatam  
per Missæ celebrationem Ita Castro l. 2. de Lege pe-  
nalis c. ultimo. Sà verbo Ecclesia n. 19. Diana tract. de  
celebrat. Missar. resol. 69. & probabile tenet Auila  
de Censuris p. 5. dist. 7. dub. 3. concl. 1. Alij tamen eam  
limitationem reiciunt, & merito quos refert, & se-  
quitur Layman loco citato n. 13. quia in nullo iure  
fundatur; neque etiam ratione. Si enim Sacrificij  
dignitas id habet, vt sanctificet locum absque alia  
reconciliatione, sequitur primo, etiam si Sacerdos  
mala fide celebret manere reconciliatum, cū eadem  
sit Sacrificij virtus. Secundo, si ex Episcopi dispen-  
satione in necessitate celebratur, idē dicendū esse.  
Tertio, si Sacerdos inchoato iam Canone, postea  
polluta ecclesia profecquitur, & consecrat, eadem  
esset virtus Sacrificij. Quarto eodē modo, si eccle-  
sia nondū fuisset consecrata, aut benedicta, dici pos-  
set, semel celebrata Missa, non indigere alia conse-  
cratione, aut benedictione; quia sicut dignitas Sa-  
crificij æquiualeat reconciliationi æquiualeat etiam,  
& præponderat consecrationi, aut benedictioni.

Vltimo aduertit Doctores, posse in casu neces-  
sitaris celebrari in ecclesia polluta de licentia Epi-  
scopi. Probant Suarez in præsentii, dicta Sect. 4. §.  
His positis & Fagundez n. 2. quia Episcopus potest  
dare licentiā celebrandi in loco nō consecrato, per-  
go, & in loco, qui per pollutionē quodāmodo ami-  
sit consecrationē Hæc tamē ratio retorquetur cla-  
re; quia Episcopus potest de iure communi depu-  
tate Oratorium saltem publicum non consecratum  
ad celebrandum, & hoc absque necessitate; ergo &  
posset absque necessitate concedere, vt celebraretur  
in ecclesia violata nondum reconciliata, quod tamē  
consequens prædicti Auctores non concedūt.  
Non prouenit ergo hoc ex illa facultate generali:  
facilius enim est, quod celebraretur in loco non sa-  
cro, quam in violato; quia violatio affert non merā  
negationem, sed priuationem, & quasi penā; ratio-  
ne cuius illa negatio est magis radicata, sicut carē-  
tia gratiæ, & sãctitatis in peccatore est turpior quā  
Y y 2 esse

61.  
Ecclesia sic  
polluta debet  
reconciliari.

Rodrig.  
Leo 10.

Victoria  
Syluius

Diana  
tract. 1.

62.  
Aliqui ad-  
dunt si Sacer-  
dos in ea  
bona fide ce-  
lebrat, manere  
reconciliatū.

63.  
In casu ne-  
cessitatis po-  
test in ea ce-  
lebrari.

59.  
Dubium de  
reconciliandam

Numerus

Socio

Suarez

Henriq.

65.

Henriq.

Henriq.

Henriq.

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

Quod à p-  
teriori claret  
pariet clarè.

esset in homine existente in pura natura. Quod à posteriori clare patet; quia in Ecclesia non consecrata potest celebrari ex deputatione Episcopi & adhuc si violetur, potest cum reconciliatione Sacerdotis: si autem fuit consecrata, & violetur; nõ potest absque reconciliatione facta per ipsum Episcopum; quia nimirum ratione maioris sanctitatis præcedentis, maius, & fortius impedimentum contrahitur, ad quod auferendum maior virtus est necessaria. Potest tamen Episcopus ex causa necessitatis dispensare; & tanta potest esse necessitas, vt, si non sit recursus ad Ordinarium, possit absque eius licentia celebrari, v. g. si in die festo populus non habet aliam ecclesiam, in qua possit Missam audire.

64.  
Consecratio  
Ecclesie  
perditur de-  
structa Ec-  
clesia.

Consecratio Ecclesie perditur, destructa Ecclesia; quod quidem contingit, non quando tectum solum ruit, sed si parietes maiori ex parte destruantur, quia illis potissime adhæret consecratio. Si autem parietes non simul, sed paulatim, & successiue corrumpantur, & reparantur, non perditur consecratio; quia illa maior pars, quæ remanet, retinet consecrationem, & trahit semper ad se partem minorem, quæ aduenit.

65.

Circa hoc tamen subdubitat Layman loco citato num. 16. quando parietes ex intentione renouand. Ecclesiam, vnus post alium, omnes destruantur, & de nouo ædificentur, quia in re morali multum valet intentio operantis. Alij tamen vniuersaliter loquuntur, & Nauarrus in *summa cap. 27. num. 238.* etiã in prædicto casu negat, requiri nouam consecrationem; & certe ciuitas eadem dicitur esse, licet ex animo eam pulchriorem reddèdi, paulatim, & successiue omnes ædes destruantur, & reædificentur: itè idem Collegium manet, si eodem modo paulatim reficiatur: cur non diceretur manere moraliter eadem Ecclesia?

66.  
Maius du-  
bium esse si  
ex quatuor  
Ecclesiis pa-  
rietibus duo  
fero corruerit.

Magis dubitarem, quando reuera ex quatuor Ecclesiarum parietibus fere duo corruerent: nam licet tunc maneat maior parietum pars, vere tamen non videtur manere Ecclesia: quis enim dicat, Ecclesiam esse duos parietes paulo plus absque tecto? Consecratio autè Ecclesie nõ manet, nisi Ecclesia: sic enim Calix, vel Alba non manent benedicta, quando ita amittunt magna ex parte formam artificialem, vt non sint Calix, Alba, &c. vt infra videbimus: vnde si maneat sepaventur ab Alba perditur benedictio: minus autem retinet formam Ecclesie duo parietes absque tecto, quam Alba sine manibus. Sicut ergo, vt calix, vel vestis retineat benedictionem, necesse est, vt possit vtrumque, licet ægre, deseruire ad suum vsu: sic Ecclesia tandem retinebit consecrationem, quãdiu erit Ecclesia; & remanens erit Ecclesia, quãdiu, licet ægre, possit deseruire ad vsus sacros; quod moraliter iudicandum erit Fateor tamen, contrariam sententiam propter communem auctoritatem probabilem, & securam præctice esse.

#### De Altari ad celebrandum necessario.

67.

Est duplex  
altare fixum  
& mobile.

Præter Ecclesiam requiritur ad celebrandum Altare, quod debet esse lapideum, consecratum ab Episcopo, vel habente auctoritatem ex commissione Summi Pontificis, qui non nisi rarissime eam solent concedere; numquam vero ad sacrificandum sine altari consecrato. Est autem Altare duplex; alterum fixum, alterum mobile, seu portatile, quod Ara nuncupatur. Primum consecratur, vt ibi maneat; atque adeo consecratur totum altare; & in qualibet parte mensæ illius potest sacrificari: vnde perditur consecratio, si mensa superior separetur à pedibus, vel base cui affixa est, non tamè, si vnus, aut alter lapis ex

illis, quibus nititur, auferatur, si tamen potest adhuc manere, & stare altare, quantum sufficit ad sacrificandum; vt obseruat Layman *lib. 5. c. 6. n. 3.* Altare autem mobile retinet consecrationem, quantum non frangitur, ita, vt in parte illius integra non possit consistere Calix, & Patena cum hostia: quod non ita intelligo, vt totus pes calicis, & tota patena debeant esse super partem lapidis, sed tanta pars vtriusque, vt sufficiat ad sustentanda illa, ne cadant: tunc enim iudicari debet de vna sola parte integra, tamquam si sola illa sit; nam altera pars per accidens se habet: quia non potest sacrificium fieri ara constante ex duobus lapidibus; vt tradunt Syluester *Altare. q. 3. Valq. disp. 233. n. 16.* Fagundez *lib. 3. de 1. præcepto Eccles. 22. n. 9.* & alij.

Hinc infero primo, si lapidi consecrato additio fiat noui lapidis, id, quod additur, non fieri consecratum, neque in ea parte posse calicem, & patenam, licet alia per coniunctionem cum materia facta soleant participare consecrationem, aut benedictionem; in quo puncto laborat Layman, *vbi supra n. 5.* vt rationem discriminis reddat, dicens, vt procedere illam regulam in iis artificialibus, quorum partes seorsim rationem & appellationem non retinent; Ecclesia, calix, casula, &c. at vero si partes lapidis heterogeneæ sunt fieri potest, quod vna pars sit sacra, alia non sit sacra. Hæc tamen ratio non est sufficiens, cum in oleo, vel aqua benedicta partes sint partis heterogeneæ, & tamen per coniunctionem pars addita participat benedictionem. Ratio ergo petenda est ex dictis, quod lapis debet esse simplex, & vnus, vt sit aptus ad celebrandum: ideò totum id, quod additur, non sit sacrum; quia non potest cum præcedenti componere altare factum.

Quæritum est, an super ara consecrata debent poni etiam particula consecrata, an sufficit, quod ponantur ibi tempore consecrationis; postea vero propter loci angustias ponantur extra aram in alia parte altaris supra aliud Corporale. Respondi debere esse super aram, sicut & hostiam illam, quam Sacerdos sumit: nam licet Sacerdos intendat hanc hostiam maiorem sibi sumere, & illas minores aliis dare; hoc parum refert, cum ex institutione huius sacrificij nulla sit differentia, quare possit Sacerdos ex ipsa hostia maiori dare partem aliquam ei, qui vult communicare, & rursus ex minoribus sibi sumere, quia tota est vnica victima, & per modum vnus offertur absque vilo discrimine. Vnde in Rubricis Missalis præcipitur, quod particula illa ponatur super Corporale, vel ante Calicem, aut in calice, vel vase mundo consecrato retro post calicem. Quod autem non sufficiat solum, quando consecratur, esse super aram, constat clare, quia ara non requiritur ad sustentandam hostiam tempore consecrationis, quam tempore præcedenti, & sequenti, quando eum consecratur, non est hostia supra aram, sed in manibus Sacerdotis; ergo magis requiritur ara ad tempus præcedens, & subsequens. Vnde obiter infero, minus rite facere aliquos, quos vidi statim post consecrationem dare vas cum particulis consecratis alteri Sacerdoti, vt eas in alio altari populo distribuatur. Hoc in quâ, nõ rite statim sic ex hostia sua Sacerdos non debet dare partem vsque ad finem sacrificij; sic nec de illis particulis, quæ sunt etiam victima illius sacrificij, & non minus offeruntur, quam hostia maior; & ideo omnes orationes, oblationes, & benedictiones frequentes aque spectant ad illas; nec ante sumptionem à Sacerdote est victima perfecta, & integre sacrificata: minus etiam congruit, vt alius participet prius de sacrificio.

trificio, quam ipse Sacerdos, qui est principaliter offerens, & sacrificans respectu aliorum: unde in omnibus Liturgiis, & Ritualibus, ac Regulis antiquis semper primo loco ponitur communio Sacerdotis celebrantis; & postea communio Clerici, & populi; nec videtur ille ordo facile pervertendus. Facilius posset admitti, quod ante sumptionem calicis daretur altis communio, quia Christus non solum ante sumptionem, sed etiam ante consecrationem calicis videtur dedisse Apostolis corpus; ut ex contextu Evangelij colligi potest.

Circa altare portatile dubitari solet, an perdat consecrationem, si separatur à ligno, cui inclusum est; quod licet aliqui affirmant, alij tamen communiternegant, & merito; quia illud lignum est quidem ad ornamentum, vel custodiam lapidis, ne rumpatur, non tamen componit cum lapide altare, nec est capax consecrationis cum non sit lapis. Nec obstat, quod altare fixum perdat consecrationem, quando mensa separatur à pedibus ligneis, quibus sustinetur; quia illud consecratur per modum altaris fixi, & stabilis, de cuius ratione non solum est tabula superior, sed etiam pedes, seu basis: at vero altare portatile consecratur ut tabula sola superior mobilis, & portatilis, & ad eum usum; atque ideo consecratio cadit super solam partem superiorem; in qua collocatur calix, & hostia.

Dicit aliquis; sicut potest consecrari lapis parvus scorsim pro altari portatili, cur non poterit consecrari lapis magnus, seu tota tabula lapidea superior sola in altari fixo, ita ut consecratio sit in sola tabula superiori, non in pedibus, vel base, cui innitur; quare etiam à base, vel à pedibus separatur, non amittet consecrationem: quod si fieri potest, cur non habet Episcopus hanc intentionem, dum altare consecrat?

Respondet id fieri non posse; ratio est, quia olitti sola altaria lapidea fixa consecrabantur; postea propter necessitates occurrentes concessum fuit, & introductum, ut consecrarentur etiam portatiles, & tabulae lapideae parvae, quae deferri possent ad varia loca, quae in rigore non sunt altaria, sed tabulae altaris: nam altare est mensa integra, quae includit pedes, seu basim, & tabulam superiorem: indultum tamen fuit, ut possint consecrari altaria non integra, sed tabulae altarium, ad usum eas deferendi in alia loca: nunquam tamen concessum fuit, ut in altari non mobili consecraretur altare non integrum. Non potest ergo consecrari sola tabula superior in altari fixo, sed debet consecrari totum altare per modum altaris integri, & completi.

P. Layman, ubi supra num. 6. vitur ad hoc ipsum exemplo calicis, qui si tornatilis sit, non perdit consecrationem per separationem cuppae à pede; licet eam perdat calix alius; qui non habet amovibilem pedem à cuppa. Rationem autem reddit, quia in calice tornatili sola cuppa per se consecratur, & ideo in ea sola, & separata retinetur consecratio: quod etiam insinuare videtur Suarez Disp. 81. Sect. 7. §. Rursus inquiri potest.

Verum hoc exemplum non omnino congruit: nam licet concedam calicem tornatilem ita consecrari, ut per separationem cuppae à pede non perdat consecrationem, non tamen concedam, consecrari solam cuppam, sed totum calicem; atque ideo si loco illius pedis substitueretur alius pes non consecratus, non esset calix consecratus, quia reuera non est idem calix, cum pars aliqua necessaria ad substantiam calicis vitalis variata sit; quod non cōtingit, quando eadem partes connectuntur, quia sepe manet idem calix, ut videbimus Sectione 4. in altari autē portatili

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

fateor, non manere idem altare; quia aia sola mobilis non est altare in rigore, sed pars altaris: fuit tamen indultum, ut consecraretur pars altaris scorsim; quia sic necessarium fuit ad usum; quod tamen in consecratione calicis concessum non est.

Dicit aliquis; sicut potest fieri calix tornatilis, cuius partes licet separantur, non perditur consecratio: cur non poterit fieri altare integrum, cuius partes possint facile separari, & coniungi, v.g. tabula superior cum colonis seu pedibus, quibus innitur? tunc autem non admittetur consecratio partium, sicut neque in calice. Respondet, ex natura rei id non repugnare physice, ut ita dicam: moraliter tamen non facile erit; quia licet in altari ligneo, vel aereo id facile esset, in lapideo tamen difficile erit ita subtilem tabulam lapideam inuenire ut possit facile, & sine periculo imponi, & auferri à base, vel colonis: quare eiusmodi altaria nunquam fuerunt in usu; si tamen heret, non video, cur non possent eiusmodi partes consecrationem retinere, quoties connecterentur. Nam reuera sicut mensa lignea eadem est, licet saepe tabula superior à pedibus auferatur, ut contingit in mensis aliquibus pauperum; eadem etiam esset mensa lapidea, si eodem artificio facta esset. Itē sicut calices tornatiles introduci poterunt, & cum illa separabilitate partium consecrari; licet antea nullum esset eiusmodi altare: Nam licet altare non soleat consecrari, nisi intra ecclesiam, & alligatum ecclesiae, potest tamen intra eandem ecclesiam, aliquod altare integrum transferri ab uno loco ad alium; quo casu, cum idem altare omnino maneat, non indiget noua consecratione: potest ergo similiter illud altare cum separabilitate partium consecrari in tali ecclesia, intra quam posset dissolui, & componi, si tali artificio fuisset fabricatum.

Aliqui exigunt necessario ad quodcumque altare, quod in eo sint reliquiae Sanctorum: id tamen alij merito negant: & multo magis, quod alij dicunt, licet in defectum reliquiarum includere particulam hostiae consecratae, quod quidem magnū absurdum esset. Unde parum etiam refert; quod altaris cornua, quae vincta sunt; frangantur: semper enim remanet consecratio, quamdiu restat pars sufficiens ad continendum calicem cum patena ut dicitur est.

Altare praeterea ornari debet in primis tabuleis praeter Corporale, quas Suarez in praesenti Disp. 81. Sect. 6. Valquez Disp. 233 c. 3. & alij communiter, quos refert, & sequitur Layman; ubi supra n. 11. Layman. dicunt sufficere quod sint duae praeter Corporale, seu vna duplicata. Verum in Missali reformato auctoritate Clementis octavi expressè requiruntur tres, quarum vna longior sit, & ad terram pertingat, duae aliae breviores, seu vna duplicata; & praeter has, quae in altari sunt, postea additur Corporale ex Sacristia afferendum: & hoc obseruatur in Ecclesia Romana. Quod idē praescriptum iam fuisse in Missali Pij V. constat ex §. 10. de defectibus occurrentibus in Missa, ubi inter alios defectus ponitur, si altare non sit tribus mappis ornatum. Additur praeterea in Missali, quod haec tabulae sint benedictae, quod à fortiori requiritur in Corporali; quod licet in extremitatibus possit esse sericum vel auro elaboratum, non tamen ea parte, qua calicis, & hostia tangitur: idē rationis debet esse altera pars, qua calix operitur quae etiam pro Corporali posset deferri, si capax sit, cum eandem benedictionem habeat. Purificatorium vero, quo tergitur calix, non debet esse ex obligatione benedictum, ut fateatur Suarez Disputat. 81. Section. 8. §. Quarto addendum

Xy 3 addendum

74. Instantia.

Dilectus.

75. Aliqui frustra ad quodcumque altare exigunt ut in eo sint reliquiae.

76. Suarez. Valquez. Layman.

Quid praeter ea ad altare requiratur.

70. De altari portatili dicitur.

71. Dicitur autem.

72. Dicitur.

73. Layman.

74. Hoc exemplum non omnino congruit.

addendum. & Gauantus in Rubricis Missalis p. 2. tit. 2. litt. I.

77. Sine lumine sacrificare nunquam licet.

An ex sola cera.

Diana.

Layman.

78. An celebrari possit sine libro Missali.

Diana

79.

Omnia quæ in rubricis notantur non afferunt obligationem grauiorem.

Hoc posse fieri accedente Pontificis celsu indicauit olim Suarez.

81. Primum fundamentum ex veteris Ecclesiæ consuetudine. Surtius.

Requiritur etiam lumen, sine quo nunquam sacrificare licet: imo addit aliqui, si lumen extinguitur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquendam esse Missam, etiam si necesse esset consecrare ad dandum viaticum moribundo. Ita Fagundez. c. 2. n. 19. An vero debeat esse ex cera, vel possit esse ex oleo, vel adipe? Cõmunis sententia exigit ceram propter consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ, quam approbat regula Missalis, vbi exiguntur duæ candelæ cereæ. Alij tamen in casu necessitatis licere dicunt cum alio lumine, si absit scandalum, quos congerit, & sequitur Diana, tract. de celebrat. Missar. resol. 45. & 67. quorum aliqui in extendunt ad candelam ex adipe, vel fenos; vt Layman loco citato c. 6. n. 17. & Azor 1. tom. lib. 10. c. 28. g. 15. Didacus Nuñus in præfati, q. 3. art. 3. dub. 3. Iacob de Grassis 1. p. Decis. lib. 2. c. 43. qui absq. limitatione loquitur. Requiritur etiam liber Missalis. An vero aliquando liceret absque illo celebrare, quando Sacerdos nullum timet periculum, & memoria firmiter tenet totam Missam; plures negant; alij affirmant. Layman vbi supra n. 17. Villalobos, & Ledesma, quos refert, & sequitur Diana loco citato resol. 46. qui male pro contraria sententia citat Vasquez cum hanc secundam aperte teneat c. 3. n. 26. qui bene aduertit, ex hoc capite excusari eos, qui cum legere nõ possint propter visum debilitatem, adhuc celebrant Missam memorialiter recitantes, & videtes quantum satis est, ad reliquas Sacrificij actiones rite exercendas; enim licet librum coram se habeant propter decentiam, perinde est, ac si eum non haberent; quam sententiam ergo etiam probabilem existimo.

De Cruce aliqui dubitant; an sit necessaria ex præcepto graui: sed licet in regulis Missalis exigatur, non videtur tamen esse præceptum Ecclesiæ grane, vt notant Suarez & Vasquez, imo aliqui probabilliter dicunt, non esse Missalis regulam intelligendam pro altari, in quo est sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Alij tamen contrarium sentiunt, cum quibus est Gauantus dicta. 1. p. tit. 10. Et in vniuersum certum est, non omnia, quæ in Rubricis Missalis exiguntur, afferre obligationem grauem, nisi aliunde constet de Ecclesiæ præcepto. Quis enim dicat, non posse sacrificari absque duabus candelis cereis, vel sine alio cerco, pro tempore Eleuationis, & alijs similibus.

SECTIO III.

Verum in mari possit aliquando celebrari.

80. De hoc puncto diligenter tractatum fuit ante 30. fere annos in præcipuis Hispaniæ Academijs cum Lusitani pererent in longa navigatione ad Indiam Orientalem huius Sacrificij vti. Et quidem Doctores Theologi, & Iurista in Academia Salmanticensi, Complutensi, Conimbricensi, & Eborensi iudicarunt posse, id accedente Summi Pontificis consensu, eis rationaliter concedi, quorum subscriptiones vidi, & in illis iudicium P. Francisci Suarez idem sentientis.

Fundamenta multa, & quidem grauißima allata fuerunt. Primum ex veteris Ecclesiæ consuetudine, quæ in mari etiam pro nautis celebrare consuevit, quod colligitur ex Surio tom. 2. die 20. Martij, vbi narrat S. Vulfstanum Senonensem Archiepiscopum, dum in medio Oceano nauigasset, & die quadam hora solita venerandum Missæ Sacrificium offerret, & patena de ministri manu in mare prola-

pta fuisset, ipsum Sacrum oratione sua impetrasset, vt patena iterum ex profundo ad manum Diaconi reuereceretur, quam etiam historiam refert Card. Baronius tom. 8. an. Domini 700. & addit: *Ex quibus, præter insignis miraculi virtutem, intelligitur lector non desuisse sanctos viros in mari etiam, cum tranquillitas esset, religata anchoris nauis celebrare ibi sacrosanctum Sacrificium Missæ, Deo maxime gratum quod ipse tanti editione miraculi patescit.* Hæc Baronius. Colligitur hoc ipsum ex Epistola Dionysij Episcopi Alexandrini ad Hieracem, vt refert Eulæbius lib. 7. c. 17. vbi Dionysius sic ait: *Cum ab omnibus persecutio re agitari essemus, & morte multati, festum læti animi celebrauimus, & singula loca ad singula afflictionum genera nobis presertina, vt ager syluestris, solitudo de terra, nauis fluctibus iactata, diuersorum publicum, & horridum carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo cum gaudio ageremus.* Hos tamen conuentus Card. Baronius tom. 1. anno Christi 57. dicit contrisisse lectionibus, & colloquijs spiritualibus, & sacra Eucharistia. Colligitur denique hoc ipsum ex vltimo antiquo de fedi Eucharistiam in nauibus, cuius meminit S. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 36. Ambros. Orat. funebri de obitu fratris Satyri; Baronius tom. 1. dicto anno 57. & tom. 5. anno Christi 401. Non videtur autem credibile, quod in longa navigatione Eucharistia non renouaretur, præsertim cum ex illa historis colligatur, non solum Corpus, sed sanguinem Christi sub speciebus vini solum in nauium, vt constat ex Gregorio loco citato; vbi dicit, nautas illos in extremo naufragij periculo corpus, & sanguinem Christi pro viatico accepisse. Quomodo autem poterat Christi sanguinis diu absque celebratione Missæ conseruari?

Secundum fundamentum, quia celebratio Missæ in mari non est cõtra ius naturale, vel Diuinum, aut etiã humanum. Nam in primis ius naturæ, & ius Diuinum solum exigunt debitam reuerentiam in celebratione huius mysterij. Cum ergo possit reuerentia illa debita cum diligentia in mari haberi, non erit contra ius naturale, vel Diuinum: ius autem humanum seu Ecclesiæ prohibitio nulla prodes iuuenit. Solum afferri potest quoddã Rituale antiquum approbatum à Leone decimo, cuius meminit Nauar in Miscell. de Orat. Miscell. 90. vbi 1. p. tit. 4. c. 35. dicitur: *In loco fluctuanti, vt in mari, & fluminibus celebrare nõ licet alicui.* Hoc tamẽ parũ probatur primo, quia de illa approbatione Leonis nõ constat, necde auctoritate illius Sacerdotalis, de quo solum Nauar dicit: *Liber Sacerdotalis à Leone decimo (vt aiunt) probatus, quem nobis monstrauit R. in Christi P. &c.* Cæterum in ipso Sacerdotali, quem in nostra Bibliotheca habemus, non inuenitur illa Leonis approbatio, solum dicitur in fronte libri, fuisse multoties approbatum auctoritate Pontificum. Postea vero cũ iterum impressus sit Venetijs an. 1568. de præ fuerunt verba prædicta de approbatione Summorum Pontificum. Secundo, quia illa approbatio Leonis, si quæ fuit, non videtur sonare plusquam licentiam, non vero præceptum, aut legem. Tertio, quia aliqua ibi continentur in ordine dicendi Missam siccanam, quæ correctione indigeret, quæ est, quod dicitur Orationes post Communionem, quæ tamen cum mentionem vt in plurimum faciat sacramenti percepti certum est non posse tunc dici, quando consecrator, aut sumptio non præcessit. Ad summum ergo haberetur, quod ille Auctor loquutus sit, sicut alij Auctores, qui hoc ipsum dixerunt, non licet celebrari in mari, & ideo illa doctrina merito fuit approbata.

Megit